



58  
Divinâ velificante gratiâ;

1644

21  
1  
23

DECADES DUÆ  
QUÆSTIONUM,

In Jure Civili, Canonico, Feudali  
& Saxonico maximè controversarum,

*Quas*

*Decreto & consensu Magnifici, Nobilissimi & Am-  
plissimi J.Ctorum Ordinis in Academia  
Wittebergensi,*

Sub tutamine  
*Consultissimi, Clarissimi, VIRI*

DN. HENRICI COSELII,


U. J. D. Facultatis Juridicæ Assessoris, nec non  
Curia Electoralis Advocati Ordinarii, Dn. Præceptoris,  
& Promotoris ætatè colendi,

*Publicè ventilandas subjicit*

CHRISTOPHORUS Pfennig /

Königsvarrtâ - Lusat.

*ad diem 27. Octobris in Auditorio J.Ctorum  
horis antemeridianis.*



WITTEBERGÆ

E Calcographéo JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.  
ANNO 1644 XLIX.





Divina

DECANATUS

QUESTIONUM

habus Civilis, Canonico, feudali

& saxonico maxime contra overstrum

De rebus & personis, & saxonico

Magno P. K. V. V. V. V. V. V.

Domini

DR. HENRICI CORSELLI

Magistri Juris, & saxonico

de rebus & personis, & saxonico

Magno P. K. V. V. V. V. V.

Domini

Magno P. K. V. V. V. V. V.

\*  
la



V I R I S

ANTIQUÆ PROSAPIÆ, PRÆPOLLENTI  
NOBILITATE EMINENTIBUS, MAGNIFICA AUTHORITY ILLU-  
STRI, GENEROSISSIMIS, MULTUM REVERENDO, PRÆSTRENUIS,  
CONSUMMATA PRUDENTIA, EGREGIOQUE SORTEM HUMANA-  
NAM EXCEDENTIUM OMNIMODARUM VIRIUTUM  
CUMULO MAXIME CORRUSCANTIBUS.

DN. DN. ILLUSTRIS, GENERO-  
SO PROPRÆSIDI, PRÆSIDIBUS, PRÆLATIS,  
UT ET RELIQUIS EQVITIBUS ET AMPLISSIMIS  
ORDINIBUS MARCHIONATUS SUPE-  
RIORIS LUSATIÆ,

MAGNIS PATRIÆ PATRIBVS,  
*Dominis & Patronis suis humilime  
colendis.*



Disputationum Exercitia, Illustris, Generosissimi,  
plurimum Reverende, Nobilissimi, Strenuissimi  
Viri, tam Vetustas commendat, quam & rerum  
Vfus. Illam, qui Doctorum Scripta vidit, aut legit,  
haud ibit negatum; hunc inficiari quis auderet,  
qui, cujus causâ inventa res ipsa est, expendit? ut  
nempe veritas indagetur, obscura illustrentur, arcana atque abdi-  
ta eruantur, & proferantur in lucem; juxtimque errores in priva-  
tis studiis explicant exercitationes in publicis: ut quoque ingenia  
excitentur & acuantur. Quemadmodum enim maxima in nos-  
met redundat commoditas, si ager subigatur benè, colaturque:

):( 2

sic



10  
1a  
sic ingenia non nisi crebris exercitiis excoluntur, excitantur, acu-  
untur; imò memoria, quæ alias ad lapsum prona, corroboratur.  
Quapropter Magni nominis Juri Themidos studiosos, ad talia ex-  
ercitia manû q. ducunt, & eadè inculcant sapissimè. Atque  
cum mihi sub aditû in Academiam, postquam pueritiæ discipli-  
nis abdicassem me, nihil utilius videbatur, quàm ut iis discendis  
operam collocarem, quæ Patriæ litatum irent, & Populi salutî  
commodarent aliquando, nihil prius posteriusque meditatam  
dixi, quàm ad ea eniti, quorum præsidio regna & imperia stant,  
vigent, florent: Præterea quoque tantorum Jutorum Judicia  
atque consilia, quibus perlibenter assurgo, mihi Cynosura atque  
Helice esse debuerunt, fueruntque. Quæ probè pensitans ani-  
mo, manum Juri admovens Illustres aliquot Quæstiones ex ipso  
depromere publicæque ventilationi proponere ausus sum.

Non autem me falli existimo, Patres Patriæ Meritissimi, Si  
VOS hujus dissertationis Patronos exoptarem, eligerem, nuncu-  
parem: non enim occurrunt, quibus magis vellem, quibus ma-  
gis deberem, quàm VOBIS. Vellem, quia literas amare VOS  
scio, & literatos; bonæ verò mentis esse argumentum credo, si  
quis de Viris Illustribus & supra vulgarem humanam conditio-  
nem, ingenii & fortunæ dotibus instructis, inaudiens, in eorum  
notitiam, benevolentiam, & amorem pervenire sibi exoptet,  
cum non leve momentum ad promotionem alicuius tantorum  
Virorum benevolentia atque amor habeat. Deberem; quia à  
Vestra velut manû sum, à Patriâ. Imprimis verò præter eximias  
virtutes vestras, quæ alias raræ hoc seculo; accedit humanitas.

Hæc omnia ut in Vobis posita esse video in apice summo;  
ita me summè movent, ut hanc disputationem publicæ censura  
& examini subjectam, Vestro quoque judicio, quod magnum  
apud



apud me est, submittere non dubitem; imò Vestris Illustr. Ge-  
nerositat. Reverend. & Nobilitat. devoto & humili animo dedi-  
care & consecrare audeam. Quod exiguum quidem è Musæ-  
rum scrinio depromptum, observantia meâ, ergà Virtutes vestras  
eminentes testimonium ut benevolis oculis & manibus suscipia-  
tis submississime contendo. Valet, PATRES PATRIÆ, incolumes-  
que diutissimè, Vestro & Reipublicæ bono vivite, vigeteque.  
Cæterum & hoc precibus efflagito amplius, ut favore Vestro atque  
amore dignemini

*Vestris Illustr. Generos. Reve-  
rend. & Nobil.*

*addictissimum*

*Christophorum Pfennig/  
Königswarttensem.*

*3*

*Ad*





Ad

DN: PFENNIGIUM,

Ex Jure disputantem.

QVO Te diva vocat Themis, atque animi impetus acer,  
PFENNIGI, docti pars quotacundq; Chori;  
Huc bone grassaris Cajo stipatus amico;  
Cujus ad Astræam panfa labore via est.  
Jamque sacri lætus juris quinquennia tentans,  
Exoreris magno pectore, voce, manū:  
Et caput hoc effers per magna volumina Legum,  
Et gemini fontis flumina bina bibis.  
Quicquid id est, quod Roma tulit, sive optima Clero  
Prospiciens, Civi sive benigna suo;  
Omne hauris, Canonemque notas, multoq; labore  
Sollicitas quicquid Flavius autor habet.  
Nec satis, Et luci vigilatas perpete nisū  
Exponis noctes, quas Themis ipsa colit:  
Præmiaque & fœnus speras; neve abnuit æther;  
Et plaudit doctum tota caterva Tibi.  
Parva mora est: hic siste gradum, dum ferta parentur!  
Non mercede caret per tua jura labor.

PRÆSES.



Ein Pfennig/ süßer Freund/ ich wil dich hier nicht preisen /  
Noch deinen wachen Fleiß dem Vaterlande weisen /  
Den Fleiß/ den du bisher in unserm Wittenberg  
Auf deinen Bartolus / und Baldus kluges Werk  
Hast stündlich angelegt; die hochgelährten Fragen/  
Die deinem Cosel selbst/ der Themis Sohn behagen /  
Die Fragen/ welche du gesetzt auff Papier  
Vermelden mehr als viel von deiner Müß und Dir.  
Diß aber sey von mir/ O Wertzens Freund/ gesungen  
Der Lausnitz/ und auch dem / von welchem du entsprungen:  
Daß ihnen deine Kunst wird künfftig nutzbar sein /  
Als wie der feuchten Saat der warme Sonnenschein.

Dein Freund

M. Georg Hunold/von Leisnig.

---

Auff Herren Christof Pfennigs Juristische Disputation.

1.  
So wilt Du nun endlich der klugen Welt zeigen  
Was deine bemühet Sinnen erdacht /  
Dadurch sie begehren die Burg zuersteigen  
Die einen zum Bürger der Ewigkeit macht.

2.  
So ist es. Es giebt mir dieß selber zuwissen  
Daß freundliche Schreiben/ daß Du mir geschickt.  
Drumb dacht ich dich alsobald wieder zu grüssen  
Sobald ich den anfang der Zeitung erblickt.

3.  
Wer aber/ wer wolte nach würden nicht preisen  
Geehrter Herr Bruder den vorsaß an Dir?  
Den was du vor nützliche Bücher der Weisen  
Bedachtigam durchlesen / daß weisest du hier.

4. Du



4.  
Du zeigest was Balsus der Lehrer der Alten  
in geistlich und weltlichen Rechten gelehrt  
Und was von demselben noch heute zuhalten  
Damit ja der Rechte grund werde vermehrt.

5.  
Was Jason und was Salicetus geschrieben  
betrachtest Du eifrig/ und nimmest dich an/  
Worin Sie in Schranken der Wahrheit geblieben  
Und lauffen nicht etwan auff irriger Bahn.

6.  
Sie haben nicht alles bald können ergründen/  
wie wohl sie auff unseren Nutzen geticht/  
Die Nachwelt muß iezund auch etwas noch finden  
Darüber Ihr Volk noch die Köpffe zerbricht.

7.  
Dich thust Du nechst Coseln dem rühmlichen Meister  
Der Dir sein exempel zum Spiegel vorstellt  
Du treibest stets dahin die mühsamen Geister  
Worin sich ein weiser Sinn billich auffhelt.

8.  
So lauffe nun fröhlich das Ziel zuerlangen  
und friege mit freuden den Ehren Port ein.  
Die Ehre/ mit der dich wird Themis empfangen  
Wird alsdan ein grünender Lorbeer Kranz sein.

Seines verräuesten Freundes begehren  
zuerfüllen setze dieses auff in Helme  
sted

Enoch Gläser.





I. N. J.

QUÆSTIO I.

*Virum testamentum coram Notario Judicii  
& Scabino unico, qui testatore petente,  
loco judicii ad hoc ipsum missi sunt,  
factum valeat?*



Testamentum est voluntatis nostræ justa sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri velit. *l. 1. D. de Testam.* Estque testamenti nomen generale, ac Codicillos aliasque ultimas voluntates sub se comprehendit *l. 2. §. ad causam 2. ubi gloss. & Dd. D. testam. quemad. aperiantur.* Et dispescitur in Paganum & Militare.

Paganum est quod domi fit extra militiam. *l. fin. C. de inoffic. testam. Instit. tit. de testam. ordin.* Et est vel scriptum *l. 21. l. 29. C. h. 2.* vel non scriptum seu nuncupativum *§. fin. Instit. de testam. ordin. l. 21. §. per nuncupationem C. de testam.* Nuncupativum testamentum est quod fit sine scriptura, per nuncupationem, id est, nominationem seu declarationem heredis, voce & lingua coram testibus factam *l. 21. §. per nuncupationem C. h. t. l. heredes palam. 21. D. eod. §. ult. Inst. eod. Schneid. ibid. Sutholt. disert. 7. num. 21. & 22.*

Quilibet autem testamentum facere potest, nisi specialiter sit à lege prohibitus *l. à quâ etate 5. D. qui testamentum fac. poss. l. ex factio 43. D. de Vulg. & pupill. subst. Schneid. in princ. num. 3. quib. non est perm. facere testam.* Is verò qui licentiam testandi habet, certo modo & certis solennitatibus extrinsecus adhibitis testari debet, alias testamentum erit ipso jure nullum.

A

Forma





Forma autem testandi duplex est, testamur enim aut Fide Publicâ, aut Fide Privatâ: hæc testamentum cum fit, ritè fiat, secundum solennitates à jure præscriptas, necessum est. *l. 4. D. h. t. l. jubemus in pr. junctâ aut b. Et non observato. C. eod. & in famosissimâ l. hac consultissima. C. eod. Dd. communiter; Schn. Inst. de testam. ord. ad §. 1. rubr. de Solen. testam. Treutl. vol. 2. disp. 10. tb. 4. & 5. Hakelm. disp. 17. n. 7. Thom. Maul. lib. 1. tit. 4. de Ultim. Volunt. Exceptis privilegiatis testamentis ut testamento rusticorum, testamento ad pias causas, & testamento parentum inter liberos &c. in quibus solennitates præscriptæ omitti possunt. Dd. ad tit. de testament. communiter.*

IIIâ, si testamentum fiat, aut coram Principe, vel apud acta, & tunc prædictæ solennitates non desiderantur. *l. in donationibus. 31. C. de donat. l. omnium. 19. ubi Dd. C. h. t. Duar. ad b. t. c. de effectu solennitatis vers. capimus. Donell. 6. Comm. 6. Fach. 6. controvers. 86. Myns. 6. Observ. 29. de jure Saxonico. Matth. Berl. pract. conclus. 4. part. 3. Hartm. Pistor. p. 2. quest. 28. num. 4. Novel Elector. Augusti. p. 3. constit. 3. ibi Moller. & Carpzov. defn. 15. & 16. Neque de necessitate est, ut in Judicio, Judice pro tribunali sedente testator suam ultimam voluntatem deponat; sed sufficit, si coram personis ad judicium pertinentibus, testatore petente, judiciali auctoritate ablegatis, suum testamentum faciat. Et hoc tam de jure Civili Wesenb. in w. tit. qui testament. facere possunt. per l. Curent Magistratus 22. D. de testib. ratio quia acta intelliguntur ibi esse, ubi aliquid fit auctoritate judicis; quàm de Jure Saxonico sancitum est *Novell Electoral. Augusti dict. p. 3. const. 3. §. Wo auch Gerichtspersonen von Gericht wegen. & ibi Carpz. def. 16. it. Moll. d. l.**

Quæritur itaque Num actuarius vel Notarius judicii in numero personarum judiciariarum habeatur, ita ut testamentum coram eo & Scabino unico, qui testatore petente nomine judicii ad hoc ipsum missi sunt, factum valeat? Affirmamus. Quia prædicti textus in genere de personis ad judicium pertinentibus von Gerichtspersonen / non verò in specie de Scabinis loquuntur, cum autem actuarius æquè ac ipse judex & Scabini ad judicium juraverit, non immerito per.



personis judicialibus annummeratur. Accedit quod ultima voluntates sint favorabiles, ideoque adjuvandæ potius, quàm coarctandæ, ne, dum nimîâ subtilitate juris utimur, judicia testantium defraudentur. *l. si quis heredem 7. C. de in-stit. & Substit. Moller. ad p 3 Const. 3. n. 8.*

QUÆSTIO II.

*An fructus ultimi anni qui maturi sunt,  
& adhuc pendent, ad heredes fructua-  
rii, an vero ad proprietarium  
pertineant?*

Notum satis ex jure, fructus quoad bona allodialia tri-  
bus modis in considerationem trahi.

1. Quandoque enim ut pars fundi considerantur. 2. quandoq; eorum separata ab ipso fundo habetur ratio, & hi ex jure possessoris existimantur. 3. quandoq; verò ad ipsum perceptionis factum, & utrum fructus percepti sint, nec ne, respicitur. Et primam in pendentibus saltem locum habere, utpote quod fundi pars esse dicantur, planum est ex *l. fructus 44. D. de rei vendic.* scilicet respectiva & hypothetica; habito videlicet respectu ad ipsius fundi statum præsentem, quo fructus pendentibus sunt. *Covar. lib. 1. Variar. resolut. c. 15. in princ.* sic legato fundo fructus pendentibus una cum fundo ad legatarium pertinent. *l. si pendentibus. D. de usufr. l. Falcidia placuit D. ad l. Falc. Baldus. in l. 1. col. 2. vers. quæro quid de fructibus C. de usur. & fruct. legat. Hartm. Pistor. lib. 1. q. 24. num. 1. & seqq.*

Altera consideratione non ad ipsum fundum, neque ad præsentem ejus statum, & utrum pendentibus vel percepti sint habetur respectus, sed de fructibus principaliter agitur, & eorum ab ipso fundo separata habetur ratio, & considerato saltem jure possessoris, fructus ex illo jure æstimantur, & pro rata temporis, quo jus possessoris duravit, ad ipsum heredesve ejus pertinent, ut de marito possidente fundum dotaletem



probatur in *l. Divortio. l. de divisione, D. Solut. matr. l. 1. §. Sed*  
*& noviss. C. de rei uxor. act. Hartman. Pistor. d. q. 24. num. 30. 31. &*  
*seqq.*

Tertia deniq; fructuum consideratio sola perceptione  
nititur, ita ut usufructuario tantum conveniat, ad quem fru-  
ctus percepti pertinent. Igitur cum quaeritur de fructibus  
ultimi anni, qui maturi sunt, & adhuc pendent, ad quem per-  
tineant, num ad haeredes fructuarii, num verò ad proprietaria-  
rium? Posterius affirmamus: Ad Usufructuarium enim &  
heredes ipsius saltem fructus percepti vel à solo separati per-  
tinent. Pendentes verò finito usufructu una cum fundo  
ad proprietarium transeunt. *text. express. in l. Si usufructua-*  
*rius 13. D. quib. mod. ususfr. amittat in §. is verò ad quem Instit. de*  
*R. D. licet maxima parte anni usufructus steterit. d. l. si usus-*  
*fructuarius, & maturi sint d. l. & dict. §. is verò. Donell. lib. 10. C. 9.*  
*Vinnius in Instit. ad d. §. Hartm Pistor. lib. 1. quest. 24. num. 20. & seqq.*  
Recedit tamen Jus Saxonicum hinc à Jure Civili; ita enim Ju-  
re Saxonico dispositum est, quod videlicet usufructuarius,  
qui, postquam consevicit agrum, & seminatum cooperuit, de-  
cescit, statim transmittit fructus etiam nondum extantes ad  
suos heredes, quia jura Saxonica non tam perceptionis vel  
separationis, sed culturæ rationem habent, utrum ager ni-  
mirum satus & rastris subactus fuerit. *LandR. lib. 2. art. 58.*  
*Schneid. Instit. de R. D. § 36. add. Carpz. jurisprud. forens. p. 3. c. 32.*  
*d. 5. & d. 7.*

### QUÆSTIO III.

*Num soli fratrum liberi patruo suc-*  
*cedant in capita vel stirpes?*

Hereditas nobis obvenit aut ex testamento aut ab inte-  
stato. *l. 3 §. 1. D. pro socio.* Ex testamento quando nobis heredi-  
tas obvenit, removetur successio ab intestato, quamdiu  
enim successor ex testamento speratur, tamdiu heres ab inte-  
stato non admittitur *l. quamdiu 39. l. in plurium 70. D. de acquir.*  
*vel*



vel amittend. heredit. l. quamdiu 89. D. de Reg. jur. Vultejus jurispr.  
Roman. lib. 1. c. 73. vers. quoniam verò.

Ab intestato verò quis succedit quando testamentum  
vel planè nullum adest, vel præsens nullas habet vires, tunc  
enim jus vocat ad hereditatem defuncti proximos sanguine  
& gradu, iisq; deficientibus, alios quasi in subsidium §. 1. Et  
tt. Inst. de hereditatibus quæ ab intestat. defer. l. 1. 2. 3. 8. D. de hered.  
petit. l. 17. §. 1. l. 77. D. de acquir. vel omittenda hered. l. 82. D. de heredū  
Instit. l. 2. D. ad SC. Tertul. l. 11. D. de suis & leg. hered. Est autem  
Successio ab intestato hereditatis principaliter & immedia-  
tè juris constitutione sine voluntate expressa defuncti, dela-  
tæ acquisitio. Et hodie per jus Auth. tres ordines seu gra-  
dus succedendi ab intestato esse introductos constat ex No-  
vell. 118. Schneid. in pr. Inst. n. 16. & Mynsing. hic n. 5. de heredit. quæ  
ab intestat. defer.

1. DESCENDENTIUM: donec enim supersunt liberi,  
omnes alii excluduntur, sive sint ascendentes sive collatera-  
les in pr. §. 1. Inst. h. t. auth. in successione C. de suis & legit. liber. nisi  
justè exheredati, vel alias successione de jure privati fuerint.  
Consultiss. Dn. D. Strauch. disp. 3. th. 6. Colleg. Success. ab intestat.

2. ASCENDENTIUM. Deficientibus enim descenden-  
tibus succedunt ascendentes Schneid. dict. loc. de ascend. success.  
num. 1. ita tamen ut ratio habeatur, qui gradu sunt proximio-  
res, sic mater avo paterno præfertur Nov. 118. c. 2. Mynsing. Inst.  
h. t. in pr. §. 6. Rittersbusius in dict. Novel. part. 7. c. 10. n. 4. Et si ad-  
scendentes paris quidem sint gradus, diversæ verò lineæ pa-  
ter & mater, tunc in stirpes succedunt Novell. 118. c. 2. vide Am-  
pliss. & Consult. Dn. D. Strauch. disp. 4. th. 6. d. l. nō enim hodiè pater  
amplius excludit matrem, ut fiebat ante Novell. l. 2. §. objici-  
tur D. ad SC. Tertull. l. 2. C. eod. l. 10. si ad patrem D. de suis & legit.  
hered. §. pater, verò Instit. de SC. Tertull. quos textus omnes cor-  
rectos esse per jus novissimum in. d. Novel. 118. c. 2. testatur Rit-  
tersbusius dict. p. 7. c. 10. n. 5. Cujacius ad d. Novel. 118. pag. 350.

3. COLLATERALIUM. Primo enim & secundo succe-  
dentium ordine deficiente, succedunt demum cognati ex la-  
tere, seu collaterales vel transversales. Novell. 118. c. 3. in auth.



Cessante. C. de legit. hered. Rittershusius in Comment. ad Novell. 118. part. 7. c. 13. Et cum hi variè, pro varietate graduum succedant, ut videre est apud Schneid. Instit. de tertio ord. succed. Rittershus. dict. loc. non frustra hic loci quæritur, si fratrum vel sororum liberi soli fuerint, num patruo defuncto succedant in capita vel stirpes? Prius affirmamus ex seqq. fundamentis. 1. De Jure Veteri l. ultim. § 3 vers. illo etiam C. de legit. hered. Ulpian. in fragm. 1. 26. § agnatorum 4 Caj. lib. 3. Inst. tit. 8. §. regulariter 6 Job Vaudus lib. 1. quæst. 24. Borcholt. de Grad. pag. 240. Rittershus. dict. p. 7. c. 13. §. 13. & in partitionib. Feudal. lib. 1. c. 76. q. 9. & seqq. Balduinus ad Nov. 118. p. 507. Fachinaeus lib. 6. controu. c. 3. Hen. Guden consil. 68.

2. Jure novo quoque expressè confirmatum legitur in Constitut. Carol. V. in Comit. Spirens. Anno 1529 Kaysersliche Constitution und Satzung wie Brüder und Schwester Kinder. &c. Unde de Veteri & novo jure fratrum filii soli succedunt patruo in capita. Rationem addit Excell. & Consult. Dn. D. Strauch. Præceptor meus ætatem colendus disp. 5 thes. 12. d. l. non enim, inquit, fieri debet divisio in stirpes, nisi ubi locum obtinet successio in locum parentum: nullusq; è fratrum liberis solis ad hereditatem patrum venit è parentis sui jure, sed è suo proprio. Cessante igitur ratione repræsentationis, ipsa quoque repræsentatio cessabit. Et hunc casum jure Saxonico nunquam dubium fuisse testantur Dd. Rittershusius ad Novell. 118 part. 7. c. 13. n. 13. asserens secundum hanc sententiam semper pronuntiare solitos Scabinos Magdeburgenses & Lipsenses fuisse, etiam antequam supra dicta Carolina illa constitutio ederetur. Fachs. diff. 28. & Reinhard. l. diffamari 54 Coler. decis. 51. n. 2. qui probant hoc ex art. 17. lib. 1. Land R. ibi Wann sich aber ein Erbe verschwestert. Melius ostenditur ex Constit. Elector. 18. part. 3. ibi. Wann aber ein halber Bruder und Schwester und volbürtiger Geschwister Kinder verbleiben / so sollen dieselben zugleich zugelassen werden / und das Erbe nach der Personen anzahl in Capita nehmen und thellen: ratio est in promptu cur hi in capita succedant, cum Jure Saxonico in Collateralibus repræsentatio nunquam locum habeat d. Const. 18. p. 3. ibi Wir wollen aber  
mit



mit diesen unsern Gesetzen und constitution das jus representationis auff Sächsischen Boden nicht eingeführet haben. Vide Carpz. ad dict. Const. def. 3. item Moller. & hæc opinio defenditur ab Azon. in sum. C. de legit. hered. & in comm. ad dict. auth. cessante C. d. 1. Zas. consil. 4. lib. 1. & in intellectu. singul. ac in epit. feud. p. 8. n. 18. & seqq. Hotom. illust. quest. 14. Fachin. lib. 6. Controvers. juris c. 3. Don. lib. 9. c. 4. & aliis.

QUÆSTIO IV.

*Utrum beneficium l. 2. C. de rescindenda venditione, locum habeat in transactionibus?*

Hoc beneficium non solum locum habere in contractu emptionis, verum etiam in contractu locationis & conductionis, tradunt Myns. lib. 4. obs. 73. & commun. Dd. ad hanc l. 2. C. de rescind. Vendit. Utrum verò hoc l. 2. beneficium quoque locum habeat in transactionibus, ita ut transigens ultra dimidiam deceptus, rescissionem transactionis petere vel ad supplementum justii precii agere possit, intricatè satis disputant Dd. in utramque partem. Nos, inspecto jure Civili negativam sententiam, nimirum beneficium d. l. 2. ad transactionem minime accommodari posse, tueri conamur per textum disertum in l. Lucius 78. §. ult. D. ad Sctum Trebell. item per l. 16. l. 19. & l. 20. C. de transact. l. à Divo Pio. 15. §. si pignora 3. D. de re judic. l. ultim. C. de plus petit. Treutl. volum. 1. disp. 7. th. 6. lit. c. Andreas Gail. lib. 2. obs. 70. qui n. 11. sub fine hanc opinionem Cameram Imperialem aliquoties secutam esse refert. Harprecht. p. 3. Inst. de Empr. & Vend. §. ult. n. 165. apud quem plures vide allegatos Dd.

Aliter tamen dicendum, si dolus intervenerit, tunc enim transactio actione de dolo malo ex peculiari constitutione Imperat. Diocletian. et Maxim. inducta per l. Si superstite 5. C. de dolo malo, rescindi potest, bona fides enim necessarium est requisitum in transactionibus. l. fratris 10. C. de transact.

Hic



x  
la

Hic recedit Jus Saxonicum à Jure Civili; cum hoc l. 2. beneficium etiam in transactione locum habere, Interpp. Juris Saxonici communiter existiment. *Mindan in Consultat. Saxon lib. 1. quest. 41.* ita nimirum, ut si quis probare possit, se transigendo ultra dimidiam partem ejus, quod consequi probabiliter potuerit, læsum esse, ei remedio l. 2. C. de resc. vend. succurri debeat. *Novell. Elector p. 2. c. 34. Heig. p. 2. q. 9. Moller. & Carpzov hic ad dict. const p. 2. c. 34. def. 1. Schultz. in Synops. Inst. de Empt. & Vend. lit. c.* quod si verò scienter super ipsa læsione transactum sit, tunc transactio rescindi nequit *Moll. in Comment. ad d. Const. Elect n. 3 sub fin.*

QUÆSTIO V.  
*Exceptiones quando opponendæ  
sint?*

Quicquid in judicium deducitur aut ACTIO est, aut EXCEPTIO; actio à parte actoris, cujus in omni judicio sunt partes primæ. Exceptio à parte Rei, cujus sunt secundæ, & ut illa est jus persequendi in judicio; ita hæc est defendendi jus in judicio. Ideoq; Exceptio dicta est quasi quædam actionis exclusio *l. exceptio 2. D. de Exception.*

Distinguit autem *Gajus in l. 3. D. de Except.* inter exceptiones perpetuas seu peremptorias, & temporales seu dilatorias, Perpetuæ & peremptoriæ sunt, quæ semper agentibus obstant, & semper rem, de qua agitur, perimunt. *S. perpetuæ 9. Instit. & l. 3. D. de Except.* Temporales atque dilatoriæ sunt, quæ ad tempus nocent, & in certum tempus actionem differunt *S. temporales 10. Instit. h. t. d. l. 3. D. eod.* Et dilatoria alia est declinatoria judicii, alia propriè dilatoria: declinatoria est, quæ forum, in quo agitur, declinat, *l. fin. C. de Except.* Propriè dilatoria judicii est, quæ ex multis aliis causis processum seu litem differt.

Quemadmodum jam diversæ sunt species Exceptionum ita quoque diversimodè sunt proponendæ. Et de dilatoriis & Declinatoriis

Declinatoriis



Declinatoris communis regula est; quod ante ingressum & contestationem litis actori opponi debeant *l. exceptionem 19. C. de probat. l. penult. & ult. C. de Exception. Novell. Elect. Aug. P. 1. Constitut. III. tit. von den Exceptionen.* & ad hanc Constit. Carpz. p. 1. c. 3. def. 1. Moll. p. 1. Const. 3. num. 1. Myns. c. 4. obs. 59. Zanger. de Exception p. 2. c. 22. n. 2. Rosbach prax civ. tit. 40. n. 4 respiciunt enim ea, quæ judicium potissimum constituunt *Gail. lib. 1. obs. 33. n. 11. & de jure Sax. Reus omnes in primo statim termino opponere tenetur Chursl. Sächs. N. O. D. tit. von Exceptionē 11. Constit. Elector. August. p. 1. c. 2. t. von Exceptionen & ibi Carpz. & Moller.* secus de jure communi ubi non omnes simul proferre debet reus, sed si unâ cadat, ad alteram confugere potest *Rosb. dict. tit.* Et iis omisissis reus post judicium acceptum, eis renunciasse videtur *l. ita demum C. de procur. Zang d. l. ampliatur, quod nec in causa appellationis opponi possint d. l. ita demum. 13. C. de procur. ibi Bald. & Sal. Jasin. l. si arrogatur. D. de adopt. num. 59. Zang. d. loc.* Fallit tamen prædicta regula in quibusdam. 1. Si forte talis exceptio post litis contestationem primum superveniat, ea enim jam lite contestata uti potest, ut de exceptione recusationis judicis &c. *C. pastorales x. de Exception. c. insinuante & ibi Felin. n. 8. de offic. & potest. judic. de leg. & de hac exceptione qui plura desiderat videat Job. Bapt. Asin. in pr. judic. §. 13. c. 1. lim. 1. ubi plurimas Dd. auctoritates additis sublimitationibus inveniet.* 2. Si exceptio Dilatoria judicium retro nullum reddat *Panorm. in c. exceptionem n. 2. de Except. Sebast. Fant. in sing. tr. de nullitate process. ac sent.* Et talis exceptio quoque locum habet in causa appellationis per *text. in C. fin. de Appellat. in 6. adde Zang. p. 2. c. 22. num. 8.* 3. Si per reum, conventum non stetit, sed per judicem forte, quo minus ante litis contestationem exceptio opponi potuerit *gl. in c. ex conquestione de restit. spoli Rosb. d. loc.* 4. Si ex continenti post litem contestatam opponatur. *Rosbach. Praxi Civili titul. XL. num. 8.* 5. Si exceptio dilatoria gravamen successivum habeat. *c. ex parte. de appell. Myns. c. 2. obs. 73.* qualis est exceptio loci suspecti, vel non tui, seu pestilentis, Exceptio præjudicialis, injustæ incarcerationis. *Myns. dict. loc. Fel. de exception. n. 22.*



de Except. Matth Coler. in tr. de process. execut. part. 4 c. 1. n. 169. Dan. Moll lib. 1. Semestr. c. 1. n. 5. 6. Sic quoq; Declinatoria exceptio nes fori, si pacto vel conventione coarctatae sint, vel alteratae, opponi possunt arg. leg. qui in futurum. D. de pactis Myns. centur. 4. obs. 27. 7. Tertius interveniens lite jam contestata uti potest exceptionibus dilatoriis, quod singulare esse affirmat And. Gail. lib. 1. obs. 71. n. 8. Zang. p. 2. c. 22. de Except. n. 12. Rosb. tit. 41. per tot. Et in genere, uti docent Dd omnes exceptiones, quae iudicium retro reddunt nullum, seu intentionis, & rei petitaer sunt, & ita videntur ad merita causae pertinere, licet dilatoriae sint, quodocunque etiam post sententiam opponi possunt. Zang. dict. p. 2. c. 22. n. 13. Rosb. d. l. 41. & de his & plurimis limitationibus vide Felin. in c. except. ubi late de exceptionibus. Exceptiones peremptorias quod attinet eas Dd communiter distinguunt in Exceptiones Peremptorias FACTI, & Exceptiones Peremptorias JURIS. Rosb. d. l. 41. Exceptiones Peremptoriae Facti sunt, quae de facto perimunt intentionem actoris, quando scilicet actori de jure nulla competit actio, sed tantum agit de facto, ut quod reus neque naturaliter, neque civiliter ei obligatus est, seu est quidem naturaliter, non vero civiliter obligatus. Term. c. 27. Rosb. tr. 35. Opponi autem haec Exceptiones bifariam possunt, in vim f. Dilatoriae, & in vim peremptoriae: Quando in vim Dilatoriae opponuntur, tunc ante litem contestatam opponendae, & in continenti probandae sunt, ad hoc ut litis ingressum impediunt c. 1. de litis contestat. in 6. cum vero in vim peremptoriae &c. opponuntur, opponi & probari debent post litem contestatam gl. 5. Dd in cap. exceptionem x. de except. & not. in l. fin. C. eod. Et hujus naturae exceptiones sunt Exceptio Rei iudicatae, transactionis, praescriptionis, jurisjurandi & plures ejusmodi exceptiones, quae litis ingressum impediunt, enumerat Socin. in c. unic. de litis contestat. n. 49. Eoque etiam privilegiatae vocantur Chil. König c. 44 §. 1. vers. Dieser verfürlichen Oldend. in Enchirid. except. de Except. jurisjur. vide alias Emer. à Rosb. prax. Civil. tit. 41. Carpzov. p. 1. c. 3. d. 15. Wesenb. w. D. eod. n. 7. Zang. p. 3. c. 17. num. 110. de Exception. Exce-



Exceptiones peremptoriae juris dicuntur, quibus eliduntur actiones illorum, quibus competunt quidem actiones de jure, sed non cum effectu executionis, Et hae Exceptiones post litis contestationem opponendae, non enim impediunt litis ingressum *c. 1. de litis cont. in 6.* & durat usq; ad sententiam, non vero post sententiam *l. peremptorias C. sent. rescind. non posse.* exceptis tamen quibusdam casibus ut 1. Si sententia contra minorem sit lata *l. minor 25. omnis D. de minor.* 2. Si contra militem armatae militiae sententia lata *l. 1. C. de juris & fact. ignor.* 3. in Exceptione de nullitate processus & caeteris quae iudicium retro nullum reddunt *Vant. tr. de nullitate process. tit. quib. mod. sent. ult. defen. posit. n. 58.* & ibi plures limitationes vide *Rosb. tit. 43. gl. in l. 1. Verb. uti & ibi Dd. C. de jur. & fact. ignor.*

Hujus autem generis nimirum Peremptoriarum juris exceptiones multae sunt, ut exceptio quod metus causa, de dolo, erroris, non numeratae pecuniae, de nudo pacto, de jurejurando, it. de re judicata *tt. Inst. de Except.* Sunt quoque Exceptiones Anomaliae quae non sequuntur naturam Peremptoriarum, nec dilatoriarum, sed singulari quodam jure, teste *Emeric. à Rosbach. tit. 44.* tam ante, quam post litis contestationem opponi possunt, ut est exceptio divisionis seu Epistolae D. Adriani. Exceptio falsi procuratoris, *C. in nostra, sub fin. 4. x. de procurat.* excommunicationis, inepti libelli, & quaecunque ostendit iudicium esse nullius momenti, it. Exceptio ordinis, seu excussionis, quae competit fidejussori contra creditorem *auth. presente & ib. Dd. C. de fidejussor. auth. hoc si debitor. C. de pignor & hypoth. vid. Gail. lib. 2. obs. 27. Mys. cent. 2. obs. 15. Schneidw. in §. si plures n. 2. & seq. Inst. de fidejuss.*

#### QUAESTIO VI.

*Monetam falsam cudens, quâ poena  
afficiatur?*

B 2

Maximè



Maximè cum necessarius sit monetæ usus, nec Respu-  
blica commodè sine eo constitui possit, opus nummo sit ad  
quotidiana commercia & omnes vitæ usus *Plato 5. de leg.* Et  
hanc potissimum ob causam inventus, ut locorum distantia,  
temporum dissimilitudini, rerum quantitati, hominum in-  
digentia succurrat. *Aristot. Lib. Polit. c. 6* merito LLatores  
summam putarunt rei nummaria curam habendam esse,  
placuitque ut jus monetæ proprium esset principis *l. 2. C. de  
fals. monet.* Sicque inter regalia refert, *Carol. V. in Constit. sua an.  
24. edita §. Dergleichen hat / & ab eodem Imperat. ann. 51. pro-  
mulgata §. So haben wir auch /* quibus locis jus monetæ di-  
sertè appellatur regale, quod etiam fit in *Constit. Maximil. II.  
ann 70. edita. §. Also denn auch /* ubi simpliciter regale, & Cæsa-  
reum etiam regale appellatur. Cum igitur tantum & tam  
augustum hoc sit regale, ut inter majora referatur teste *Zaf. de  
Feud p 5. n. 14. Bod. de Repub lib. 1. c. 10. Sixt. tr. de Regal. c. 2. num. 28.*  
etiam crimen læsæ Majestatis committere dicitur is, qui fal-  
sam monetam cudit: Quæri itaq; hinc solet, quanam poenâ  
affici debeat falsæ monetæ excussor? Et olim quidem *l. Cornel.  
de falsis puniebatur / qui falsam. D. ad l. Corn. de fals.* distingue-  
batur tamen inter liberum & servum, ita ut poena hujus legis  
fuerit libero bonorum confiscatio & deportatio; in servo  
verò ultimum supplicium. *l. 1. §. ult. D. ad l. Corn. de fals.* & hæc  
poenâ mulctatum fuisse Diogenem Cynicum, credimus *Dio-  
gen. Laert.* ubi; cum patre argentario monetam adultera-  
verat. Hodiè verò ex Imp. Constant. Sanctionibus indiffe-  
renter est poena ultimi supplicii, igne enim cremari debent  
*l. 2. C. de fals. monet. Jul. Clar. in §. falsum n. 46.* Et hoc quoque  
tam de jure communi, quam Saxonico observatur *Petr. Theod.  
post alios in Colleg. Crim. disput. 8. th. 6. lit. a. vers. quemadmodum  
ubi ita in Dicasterio Jenensi Mense Novembr. Anno 1611. re-  
sponsum fuisse tradit. Daniel Moll. libr. 2. Semestr. c. 25. n. 2. ex-  
tat sentent. post LandR. fol. 533. sub tit. Von falscher Münze.*  
Etiam si valor earum ultra 20 florenos sese non extendat, ne-  
que obstante ætate minorenni, quod scilicet. novendecim ac  
vigin-



viginti annorum tantum sint *Coler. decis. 179. In. 12. Lipsenf. de-*  
*cision. 537. lib. 3. Constit. Carol. V, art. III. verba ejus hæc sunt.:*  
Nemlich/ welche falsche Münze machen/ zeichen oder dieselbe fal-  
sche Münze auffwechseln/ oder sonst zu sich bringen/ und wieder  
gefährlich und böshaffiglich dem Nächsten zum nachtheil wissen-  
lich aufgeben/ die sollen nach Gewohnheit und Sakung der Rech-  
te mit dem Feuer vom leben zum tode gestraffet werden. *Treutl. Vol.*  
*2. disput. 22. th. 8. lit. E. Dn. Carpz. p. 2. q. 93. Videatur quo-*  
*que Dn. D. Sævus Præceptor meus ætatem devenerandus in*  
*Colleg. Inst. disput. ult. th. 9. de Publ. Judic. Etiam si tantum Prin-*  
*cipis inferioris; seu Civitatis jus monetæ habentis monetam*  
*corruperint Treutl. d. loc. Schultz. Instit. de Publ. Judic. lit. II.*

### QUÆSTIO VII.

*Si judex primæ instantiæ, à cujus sententiâ*  
*fuit appellatum, fuerit Episcopus, & appel-*  
*latione ad Archiepiscopum interposita, sta-*  
*tim Archiepiscopus inde fiat, an de eadem*  
*causa in secunda instantiâ judicare*  
*possit?*

Si aliquis se sententiâ à Judice primæ instantiæ latâ;  
gravatus & læsus videret, tunc uti potest beneficio appellan-  
di; gradatim tamen, h. e. ordine ab inferiore Judice ad su-  
periores ritè servato fieri debet *l. 1. §. si quis l. 2. D. de Appell.*  
*c. 66. x. eod. v. gr. à delegato ad delegantem h. e. ordinarium*  
*l. 1. §. fin. D. quis & à quo à legato ad Proconsulem l. 2. D. dict. tit.*  
Sic quoque ab Episcopo ad Archiepiscopum &c. & hæc adeo  
vera sunt, ut appellatio, omisso medio judice, ad superiorem  
immediatè facta vires non habeat. *Ord. Cam. tit. 29. in princ.*  
*Marant. h. t. num. 368. Myns. sent. 1. obs. 67.* Hic illud in controver-  
siam frequenter deduci solet, an si Judex primæ instantiæ à  
cujus



10  
ca

cujus sententiâ fuit appellatum fuerit Episcopus, & appella-  
tione ad Archiepiscopum interposita, statim Archiepiscopo è vi-  
tâ decedente, in istius locum succedat, & Archiepiscopus inde  
fiat, an de eadem causâ in secundâ instantiâ judicare possit?  
Et licet de jure stricto negari nequeat, eum posse de appella-  
tionis causâ cognoscere, si voluerit; omninò tamen me-  
lius fecerit, & æquitas ipsa suadet, quam semper in jure ob-  
servare debemus ut Dd communiter docent, ne in suspicio-  
nis causam incideret, si ipsam causam alteri delegaverit *arg.*  
*l. prator D. de jurisd.* quis enim ei non immerito suspectus dice-  
tur, contra quem judicavit? *l. fin. §. 1. C. de assessor.* non enim  
est verisimile, quod suam sententiam, quamvis in melius, ve-  
lit permutare, nimirum cum erubescenda causæ variatio sit  
ut in *l. fin. §. ultim. C. de mod. mult. quæ à jud. inflig.* poterit igitur  
meritò quasi suspectus refutari *arg. l. apertiss. C. de Judic. l. si pa-  
riter D. de liber. caus.* Accedit & hæc juris regula, quod qui se-  
mel officio suo functus est, sive benè sive malè judicaverit,  
non potest iterato eandem causam cognoscere *arg. l. judex ss.*  
*D. de re judicata.* Insuper salubritas legis constitutæ ad id  
spectare videtur, ut post sententiam ab eo qui de appella-  
tione cognoscit, recursus fieri non possit ad judicem à quo  
fuerit provocatum *l. eos qui b. C. de appell.*

QUÆSTIO VIII.

*Virum fructus ultimi anni, quo feudum  
morte Vasalli Domino apertum est, ad  
dominum pertineant, an verò ad  
heredes defuncti?*

Fructus bonorum dupliciter à Jctis considerantur: aut  
enim agunt de fructibus bonorum allodialium aut de fructi-  
bus bonorum feudalium: Et cum supra quæst. 2. de priori-  
bus nimirum allodialibus quædam posuerimus, descendere  
quo-



quoque lubet in alteram partem hujus divisionis nimirum in considerationem fructuum bonorum feudalium.

Quod itaque ad bona feudalia attinet, ad quem videlicet fructus ultimi anni, quo feudum morte Vasalli Domino apertum est, pertineant ad Dominum vel ad heredes defuncti? Respondetur fructus à solo separati vel percepti ad heredes defuncti pertinent, quippe cum non amplius feudali-um, sed allodialium bonorum jure censeantur *Hartm. Pist. p. 1. q. 24 n. 36. Rosenth. in sua Synops. feud. c. 10. conclus. 42. n. 34. & seqq.* Aliter autem sese res habet de fructibus pendentibus, vel nondum perceptis, tunc enim merito juxta text. in c. 1. §. his consequenter hic finitur lex. sentiendum, ubi dilucide de fructibus feudalibus generaliter his verbis disponitur: *His consequenter, inquit textus, dicitur quod si vasallus decedat, sine herede masculo, & contingat feudum ad dominum reverti, sic distinguitur: quod si ante Martium, omnes fructus illius anni ex feudo provenientes ad Dominum perveniunt: Si verò post Calendas Martii usq; ad Augustum, omnes fructus, qui interim percipiuntur ad heredes Vasalli pertineant, si verò post Augustum omnes fructus anni percipiet Dominus. Quidam tamen dicunt, quocumq; tempore anni decedat, omnes pendentes fructus ad Dominum pertinere.* Et hunc text. tam de naturalibus, quam industrialibus exaudiendum esse rectè dicit *Matth. de Afflict. n. 21.* Et hanc opinionem tuentur *Ifern. Alvarot. Propos. & alii communiter in d. §. his consequenter Bart. Soc. & Dd. in l. Divortio Sonsbeck. in tract. feud. p. 10. in fin.* Et secundum hanc sententiam à JCtis olim sæpius responsum esse testis est *Hartm. Pistor. lib. 1. q. 24. n. 55.* In fructibus autem civilibus ejusmodi sunt pensiones, tempus cessionis spectandum est, ita ut si cesserint tempore mortis Vasalli pertineant ad ipsius hæredes, si non cesserint, pertineant ad eum, cui feudum defertur *Rosenth. c. 10. conclus. 117. Herm. Vult. lib. 1. Feud. c. 11. n. 111.* Secus autem si Vasallus ob delictum aliquod feudo privetur, tunc enim nulla ratio temporis in fructibus habetur sed omnes feudi fructus eo tempore nondum percepti, à die delicti commissi ad dominum vel ad agnatos pertinent. *Zaf. p. 10. n. 78. Vult. lib. 1. feud. c. 11. §. 112. Bald.*

c. 1.



*c. 1. in fin. Hartm. Pistor. p. 1. q. 24. n. 53.* Jure vero Saxonico in fructibus, qui cultura & satione ex terra procreari solent, percipiendis hoc peculiariter statutum est, ut in his saltem habeatur ratio culturae, & utrum ager satus & rastris subactus sit, quemadmodum habetur in text. lib. 2. LandR. art. 58. ibi des Mannes Saat die er mit seinem Pfluge würcket / die ist vordienet / als die Ege darüber gehet / und des Garten als der geradet / geset und geharcket. *Vid. Schultz. in Synops. Instit. de Rer. division. Du. Carpz. in J.P.F.R S. part. 3. c. 32. def. 1. 2. 5. 6. 7. 10. & 11.*

QUÆSTIO IX.

*An fœmina à successione feudi semel  
exclusa perpetuò exclusa cen-  
seatur?*

Apertissimi Juris est, quod licet filiae ut masculi patribus succedant in bonis allodialibus, à successione feudi tamen removeantur *c. 1. §. hoc autem 3. de his qui feud. dar. poss. c. 1. de nat. success. feud. Wesenb. c. 6. n. 22.* ratio quia feuda regulariter ob servitia militaria concedi solent, ad quæ fœminæ idoneæ non sunt, & plures rationes vide apud FF. In feudis quoque appellatione heredum intelliguntur heredes feudales qui mares sunt non fœminæ *Myns. c. 5. obs. 72. n. 6.*

An autem idem dicendum sit, feudo alicui concessio, pro se & heredibus quibuscunque, vel quibus dederit, & cum fœminæ à successione feudi regulariter ex pacto investituræ, masculis extantibus arcentur, Utrum fœmina semel exclusa, morte masculi perpetuo exclusa censeatur? Et licet dubium oriatur nonnullis cum affirmativa sententia recepta sit, testante *Gail. lib. 2. obs. 148. n. 1.* non desunt tamen, qui adductis tam firmis rationibus negativam tuentur, quorum sententiæ subscribendum esse statuimus; Et quidem ob rationes sequentes 1. quia nemo suo jure privandus, nisi hoc il. expresse



expressè cautum sit *§ cum igitur auct. de non elig.* nusquam autem dispositum reperitur, foeminam quæ ex pacto ad successionem feudi vocata & propter masculum exclusa fuit, successionis jure privari, ita ut mortuo masculo adhuc exclusa censeatur. teste Hartm. Pistor. lib. 2. q. 6 n. 12. 2. Probatur per text. in c. 1. de eo qui sibi vel hered. ubi generaliter dicitur: locum non patere foeminæ in feudi successione DONEC masculus superstes ex eò, qui primus in hoc feudo fuerit investitus. Masculo igitur sublato primum vocatur & admittitur foemina Heig p. 1. q. 26. Et hanc sententiam tuentur Jac. de Artiz tit. de Success. Feud. Lorio tit. de his qui feud. dar. poss. § & qui a vers. sed dubium Mynscent s. obs. 74 Somsbec p. 9. n. 130. Hartm. Pistor. lib. 2. quest. 6 n. 5 & seq. Matth. Wesenb. de Feud. c. 6. n. 23. & plures Vd. auctoritates allegatos vide apud Hartman. Pistor. d. 1. & Heig p. 1. q. 26. num. 9.

#### QUÆSTIO X.

*Creditor non implorato Judicis auxilio bona debitoris sui proprio ausu occupans, an jus crediti Jur. Sax. amittat?*

De Jure Civili nullum est dubium, quin Creditor rem debitoris propria auctoritate occupans jus debiti perdat ex Constit. Divi Mar. in l. extat. 13. D. quod metus causa. & ex dispositione l. si quis in tantam 7. C. unde vi. nemo enim in propria causa jus sibi dicere debet l. unica C. ne quis in sua caus. l. 1. §. 1. D. quod legat. furtum alias committit, Henon. disp. 18 tb. 12.

Utrum autem hæc dispositio juris civilis quoque in Foro Saxon. observari soleat quæstionis est? Negamus, hunc enim in locum succedit die *Wette und die Bussse Schneid. ad §. qui a tamen §. Inst. de vi bonor. raptor. & actionem retinet pro recuperandis*

C



randis talibus bonis & debitis Land X lib. 3. art. 43. § 47. gloss. in  
Weichbild. art. 29. vers. Und ob er wohl nach Käyfl. rechten nicht  
dazu kommen mag / so kan er doch in Sächf. Recht / so er die Buss  
giebt wohl dazu kommen. Arbitrariè tamen punitur, ac cer-  
tè potest esse violentia tanta, ut invasor relegatione etiam  
puniatur, per ea quæ tradit Modest. Pist. p. 3. q. 104. alias ejusmo-  
di invasor vel adversario rei invasæ possessionem restituere,  
tàm diu, donec judicialiter cognoscatur de causa, vel illam  
resignare in manus judicis, & expectare executionem in bona  
condemnati, fiendam, sive per ipsum Magistratum, sive per  
ejus officiales, & ulterius, pro illa inconfultâ & temerariâ in-  
vasione possessionis alienæ, emendam 30. videlicet solidor-  
um, sicut pro alia qualibet injuriâ, parti, & insuper multam  
Judici præstare cogitur. text. est Land X lib. 3. art. 43. in illis  
verbis Er muß mit Bette und Buss wiedergeben juncta gl. 1. n.  
4. vers. dieser Gewalt ist zwenyerley &c. Et hanc opinionem tu-  
entur Bened. Reimb. p. 4. diff. 11. Fasch. diff. 61. num. 4. Schneid. ad d. S.  
8. Inst. de vi bonor. raptor. Zob. p. 4. diff. 15. n. 1. Modest. Pistor. d. loc.  
Matth. Coler. de process. execut. in præfat. num. 14. Carpzov. p. 4. c. 35.  
d. 11. § 12.

#### QUÆSTIO XI.

An verba Beyden wahren wort der  
ewigen warheit vim juramenti  
habeant?

Varias & multiplices juramentorum formulas apud  
Gentes in usu fuisse recenset, Rauchb. p. 2. q. 2. Varias quoque  
jurandi formulas approbatas esse, in jure nostro Civili no-  
tum est ex l. rem non novã 14. C. de jud. ubi per sacras Scripturas  
jurare licet, item per caput suum vel filiorum suorum aut  
per salutem suam l. 3. §. fm. l. 4. §. 5. D. de jurejur. qui enim per sa-  
lutem



litem suam jurat, per DEUM jurare videtur l. 33. D. de ju-  
rejur.

Consimiles formulas in Jure Pontificio pro licitis habe-  
ri videre est c. quotiens 5. § porro. de purgat. canon. c. quoties. 1. q.  
7. ubi per Deum Omnipotentem & sancta Dei quatuor Ev-  
angelia, item per Salutem Dominorum Rempublicam guber-  
nantium seu Principis jurare licet.

In S. Roman. Imperii Sanctionibus in juramentis hæc formu-  
la legitur, Ich schwere zu Gott und auff sein heilig Evangelium/  
Ord. Cam p 1. à cap 57 usq. ad c. 85. Asserere per fidem suam ean-  
dem quoque vim habet cum juramento vero Schurff. Conf. 37.  
num. 11. 20. 21. & Conf. 53. num. 19. cent 3. quod etiam de notissima  
consuetudine re. eprum esse, & in practica observari testatur  
Myns. obs 17. cent 1. idque vel maximè verum est de personis Il-  
lustribus seu in dignitate constitutis, prout sunt Principes.  
Bey meinen Fürstlichen Ehren und Würden. &c. Inter has for-  
mulas hodie quoque hæc formula jurandi in cautionibus &  
obligationibus usitata reperitur. Bey dem wahren Wort der  
ewigen Wahrheit. Valdè autem dubitatur inter Jctos, utrum  
hæc verba vim juramenti habent? Volunt quidam hæc  
verba non juramentum, nec fidei præstationem, ut vocant,  
sed simplicem promissionem inducere, quod & Jctis Saxon.  
in conventu Misnico anno 71 placuit. Verum negari ne-  
quit quod per hæc verba Bey dem wahren Wort der ewigen  
Wahrheit, nihil aliud quam Christus intelligatur; Verbum e-  
nim illud & æterna veritas est ipse Christus, igitur obligans  
se hac loquendi formula nomen Dei invocat & ejusmodi  
promissio pro corporali juramento habetur Consult. Sax. tom. 1.  
part. 1. q. 31. n. 2. ibi Wo nicht gesehet wird / bey dem wahren  
Wort der ewigen Wahrheit / denn solches ein wahrer Eyd  
ist. Berl. p. 2. Conclus. 21. num. 43. Et eleganter Job. Zanger, ubi ita  
à Wittenberg, pronunciatum testatur, tr. de Exception. p. 3.  
c. 11. num. 193. Et perinde est sive hæc formula à mare sive à fœ-  
minâ usurpetur Berl. d. Conclus. 21. n. 43. Et hæc formula tam à



theologis, Luthero in enarrat. 2. præcept tom. latin. Wittenberg. Chemnitio, in part. 2. loc. comm. c. de Lege DE I in 2. præc. in quæst. 21. num. 43. de juramentis: quàm ab optim. & magni nominis JCtis approbata atque recepta est. Sic *Andr. Rauchb p. 2 q. 2. num. 57. Zanq. p. 3 de Except. c. 11. num. 193.* Wenn das Weib durch einen Handschlag dem Richter angelobet / und zusaget demselben nachzukommen / als wahr ihr GOTT helffe / oder bey dem Worte der ewigen Wahrheit *Matth. Col p. 1. de process. execut. c. 10. num. 286. add. Finckelthaus observ. 116.*

QUÆSTIO XII

*An Pater mortua uxore filia impuberi &  
ejus tutori certam pecunie summam  
pro Gerada offerre eamq; emere  
possit?*

Expediti juris est, mulierem Geradam per testamentum in præjudicium proximæ cognatæ sine ejus consensu alienare vel aliter de ea disponere non posse *Constit. Elector. 14. p. 2. & ibi Dan. Moll. num. 1. Carpzov. p. 2 c. 14. d. 1. gl. Reichbild. art. 23. gl. LehnR. c. 57. §. Ihr sollt auch wissen. Zob. p. 2. diff. 9. neque per aliam ultimam voluntatem alienari potest. diet. Constit. 14. LandR. lib. 1. art. 52. §. Siebt man jemand ichs zu unrecht sub fin. Rauchb. p. 1. q. 32. num. 32. Wesenbec. π. de mort. causi donat. num. 5. Schneid. Inst. de donat. num. 19. qui testatur hæc ita quotidie practicari ibi daß die Frau ohne ihrer nechsten Nuhme oder Niffel bewilligung / die Gerade auff den Todfall nicht übergeben mag. Carpzov. p. 2. C. 14. d. 1. Rationem addit Berlich. p. 2. Conclus. 16. num. 12. dicens, hæc ideo fieri, quia Gerada ex provisione & dispositione Juris Saxon. subjacet restitutioni & semper post mortem unius atque alterius mulieris proximæ cognatæ debet restitui & deferri. Jam non incommodè quæritur? Si uxor mo-  
ria-*



riatur, pater verò filia impuberi & ejus tutori certam pecunia summam pro Gerada offerre eamque emere velit, an possit? Et licet non desint qui negativam tuentur, affirmativam tamen defendere conamur, moti his potissimum fundamentis.

1. Quia licet illæ res quæ restitutioni subjectæ sint, in ultimis voluntatibus non possint alienari, benè tamen possunt per donationem, contractum aliumque modum inter vivos in alium transferri *auth. res que C. comm. de leg. Jason. in l. filiusfam. 114. §. Divi 14. D. de legat. 1. num. 68 Andreas Tiraq. de retract. conven. §. 1 gl 7. num. 11. ibi, verum ne decipiaris lector. Berl. p. 2. Conclus. 16. num. 12. Hartm. Pistor. lib. 1. q. 31. num. 13.*

2. Quia res quæ servando servari nequeunt (excipiuntur enim res preciosæ quæ immobilibus æquiparantur, nec à tutore, vel curatore sine decreto judicis aliisque solennitatibus regulariter distrahi possunt, ne ex eorundem distractione damno afficiantur pupilli vel minores *Rauchb. p. 1. q. 26. num. 34. §. 35. c. tua nuper. §. 5 ibi gl. in Verb. Vendere de his que sunt à Prælati gl. in verb. alienare Matth. Col. p. 2. decis. 286. num. 48. Jacob. Schult. observ. 18. num. 8. §. seqq. Carpzov. Jurisprud. for. p. 2. c. 14. d. 69. Schneid. ad §. fin. num. 23. Inst. de auth. tutor.) facile à tutore alienari possunt *l. tutor. 7. §. 1. D. de admit. tut. l. §. sine 4. fin. C. quand. decret. op. non est. l. lex que 22. §. fin. C. de admin. tutor. l. tutores. 24. C. eod. Schneid. ad d. §. fin. num. 23. Inst. de auth. tutor.* Atqui Geradæ res plerumque sunt ejusmodi ut servando servari non possint: *Consult. Saxon. tom. 1. Rubr. resolut. aliquot quest. insig. q. 118. num. 6. ibi Sintemahl die Stücke so zur Gerade gehören mehrer theils also beschaffen / ut servando servari non possint, ipso quoque usu in dies atterantur atque consumantur.* Hoc quoque casu consensus proximæ cognatæ ad venditionem Geradæ non requiritur *Goldb. de Gerad. c. 7. membr. 1. num. 35.* quia Gerada in præjudicium proximæ cognatæ donari valet *Const. Elect. 14 p. 2. vers. aber durch die übergabe unter den Lebendigen. Carpzov p. 2. Const. 14. d. 69. in fin.* Et hanc opinionem approbare videntur *Schneid. dict. loc. Matth.**



Matth Wesenbec p. 2. Con. 29. num. 3. Moller. 2. Semest. 6. Andreas Goldb. de Gerad. c. 7. memb. 1. num. 33. & c. 9. num. 102. Finckelthaus observat. 48. ubi vide responsa Lipsensium: & alios quos supra allegati.

QUÆSTIO XIII.

Virum ad reassumptionem processus  
speciale requiratur manda-  
tum?

Sententiam latam pro mortuo non valere satis apparet ex l. in sententiis 59 §. ult. D. de re jud. & ibi Dd. Bart. in l. de quæ re. 74. §. cum absentem D. de judic. sed heres in lite succedere potest & debet l. si eum hominem D. de fidejuf. ubi instantia dicitur in heredes transferri vid. Paul. in d. l. de quæ re 74. de novo autem citatio est facienda in heredes gloss. in l. in sententiis ad §. si quis ex edicto D. de re jud. Ad processum autem continuandum non admittuntur priusquam illum legitime reassumpserint; hodiè praxi receptum esse testis est Berl p. 1. conclus. 27. num. 3 Gail. lib. 1. observ. 109. & novissimè approbat hoc Elect. noster Clement. Johann. Georgl in Nov. Ordin. c. von reassumption des process. 17. ubi dilucidè ita disponit. Daß zuvorkommung allerhand zweiffelhaffigen disputats nach absterben eines oder des andern Parris desselben Erben den Proceß außrichtlich reassumiren / auch entweder selbst ad videndum reassumi citation außwürceln / oder der Gegentheil die Erben ad reassumendum citiren / und über diesen passu expressè ob der Proceß zur genüge reassumiret oder nicht / erkennen lassen sollen. Aliter tamen dicendum si hereditas multo alieno ære sit gravata, & heres eam adire nolit; tunc procurator meritò processum continuare tenetur Berlich. concl. 27. num. 15. Si verò adire velit hereditatem, tunc requiritur ab ipso ut reassumat, ut supra dictum, processum, si non ipse, tamen per procuratorem; cum jam per



per procuratorem reassumere velit, quæritur; utrum ad reassumptionem processus requiratur speciale mandatum? arridet nobis affirmativa sententia; nempe procuratorem à defuncto vel etiam ejus heredibus constitutum in judicio comparere non posse, & nomine heredum litem reassumere, nisi in specie mandatum ad hoc acceperit.

1. Quia mutatâ personâ per mortem defuncti, lis in causâ valde est mutata, ut colligitur ex *l. 12. 13. & 22. D. de except. rei jud.* Inspiciendum enim est, an idem corpus sit, an quantitas eadem & idem jus, & an eadem causa petendi, & eadem conditio personarum, quæ nisi omnia concurrunt, alia res est, personarum enim mutatio aliam atque aliam rem facit. Cum igitur mutatione personarum alia res, seu nova quasi causa sit, novum quoque requiritur mandatum *Wesembec. p. 7. Consil. 332. num. 119. 144.* & ita sæpè pronunciatum fuisse attestatur *Gail. 1. obs. 109. n. VI. Mynsinger. Cent. 1. Obs. 85. Ber. p. 1. Conclus. 27. num. 21.* qui responsa Jenensium & Lipsensium ibi recenser.

2. Omne mandatum est stricti juris, nec ad personas vel causas, in eo diserte non expressas, extendi debet *c. cum olim. 32. in fin. ibi. cum procurator ad illa. x. de officio & potestat. jud. deleg. Bart. in l. 2. C. si certum petatur. in verb. ut possis petere, mandatis tibi ab eo actionibus, consequeris.*

#### QUÆSTIO XIV.

*Virum mulier jure Saxonico absquè  
curatore mortis causa donare  
possit?*

Differentia quoque hic est inter jus civile, quo permittitur uxori bona sua etiam immobilia donare atque alienare sine præsentia seu consensu mariti. text. est in *l. velles C. de revoc. donat.* & inter Jus Saxon. quo disponitur uxori absquè mariti tanquam legitimi curatoris consensu neque mobilia  
neq;



neque immobilia donare, vendere, vel alienare licere, text. est  
in *lib. 1. Land R. art. 31. § 45 lib. 3. art. 45.* fructus enim illatae  
dotis ad maritum pertinere debere aequitas suggerit: quia  
ipse onera matrimonii subit, aequum est eum etiam fructus  
percipere inquit *Ulpian l. 7. in pr. D. de jur. dot. vide § l. 10. §. 3.*  
*l. ult. §. 2. C. eod. l. un. §. 9. C. de rei uxor. act.* Et hoc adeo verum est  
ut mulier non possit aliquid donare de bonis suis sive mobi-  
libus, sive immobilibus etiam marito *d. art. 31. vers. Darümb /*  
*ibit kein Weib mag ihren Manne eine Gabe geben an ihren eigenen*  
*oder fahrenden Nabel daß sie es ihren rechten Erben einstreimbde /*  
*nach ihrem Tode.* mobilia tamen *teste v. olero decis. 12. num.*  
*73.* sunt ea quae connumerantur *zu der Gerade & mortua mu-*  
*liere* debentur ejus cognatae, per ea quae habentur *lib. 3. art. 76.*  
neque marito neque alii in praedictum cognatae mortis cau-  
sa donari possunt, & ita quotidie praticari attestatur *Schn.*  
*Inst. de donat. § 18.* Secus tamen de aliis mobilibus dicendum,  
dummodo talis donatio confirmetur morte donatricis  
*arg. l. cum hic status D. de donationib. inter virum & uxorem.*  
Hinc quaeri solet utrum mulier *Jur. Saxon.* absque curatore  
mortis causa donare possit? nos affirmativam sequimur  
sententiam. 1. Quia haec sententia in foro *Saxon.* approba-  
ta est, jura enim *Saxonica* quae de donationibus, venditioni-  
bus & dotalitii renunciationibus solummodo loquuntur,  
partim consuetudine earum, in quibus *Jus Saxon.* viget, re-  
gionum, partim *Nov. Elect. Constit.* jam ante ad quoscunq;  
contractus vel negotia, quae vel in judicio vel extra judicium  
geruntur extensa esse, asserit *Rauchb. p. 1. q. 32. num. 4. Const. Ele-*  
*ctor p. 2. Const. 15.* Wann wir dann solches auß erheblichen Beden-  
cken und Ursachen noch weiter zuerstrecken nothwendig crachten  
*Carpzov. p. 2. Const. 15 d. 10. Schultz. Inst. de donat. lit. a. Moll. Const.*  
*Elect. p. 2. c. 15 Schn. Inst. de donat. num. 18 & 19.* 2. Quia mor-  
tis causa donationes ad exemplum legatorum redactae sunt  
*§. 1. Inst. de donat. l. 2. D. de pub. in rem act. l. 3. § sed & mortis 17. D.*  
*de bon. libert. l. Marcell 15. l. tam is. 25. D. de mort. caus. donat. vid.*  
*l. fm. C. eod.* quicquid autem in legatis juris est, id in mortis  
causa



causa donationibus erit accipiendum *l. illud. 37. D. de mortis  
caus. don. Rauchb. q. 32. num. 6. Vid. Schneid. hic Inst. de donat. in  
quib. Conven. & diff. legat. & donat. num. 24. 3.* Quia in statutis  
testamentorum, legatorum, & ultimarum voluntatum ap-  
pellatio, prout in Elector. Const. testamenta & ultimæ vo-  
luntates mulierum sine curatorum autoritate expresse ap-  
probantur. *Const. Aug. p. 2. c. 15. & ibi Moll.* donationes etiam  
mortis causa complectatur si se ratio statuti isti conveniat,  
concludunt Dd. comen. *Jason. num. 8 Ripa. num. 14. Alex. num.  
17. in l. 2. D. de leg. 1. Alciat in lib. 2. d. V. S. fol. 114. vers. lex ait maritis.  
Carpz. ad d. Const. 15 p. 2. defn. 10. num. 12. & seqq. Rauchb. p. 1. q. 31.  
num. 37.* apud quem plures rationes videri possunt, qui quo-  
que asserit secundum hanc sententiam Wittebergenses Jcti  
Anno 85. Mense April. pronunciaffe. Et Moll. dicta Const.  
refert in Scab. Lipsens. suo tempore Constitutionem Electo-  
ralem ita intellectam esse, ut mortis causa donare non minus  
ac testamenta etiam absque curatoribus facere permiffum  
esse censeretur.

#### QUESTIO XV.

*An uxor Marito mobilia quæ ei ex juris  
Saxon. dispositione debentur, per te-  
stamentum auferre  
possit?*

Jure Civili cautum esse scimus, quod iis quibus aliqua  
portio bonorum debetur, per testamentum vel aliam ulti-  
mam voluntatem auferri nequeat, ideoque etiam Jura læsis  
remedia ad revocandas ejusmodi alienationes suppeditant,  
sicuti videmus filios habere quærelam inofficiosa donatio-  
nis vel dotis. *tt. C. de inoff. don. & tt. B. de inoff. dotibus. parentibus*  
D quo-



quoque *l. si filius C. de inoff. don.* imò fratri contra testamentum fraternum querelam instituere convenit *l. fratres C. de inoff. testam.* Hac ratione quoque portio illa quæ superstiti conjugi ex *ll.* disposit: debetur per testamentum auferri nequit. *Nov. 22 c. si autem in dotem 33. c. Raynutius 16. x. de testament.* Et hoc quoque Jure Sax. obtinuit, quod maritus superstes omnia mobilia uxoris defunctæ lucratur *Land R. lib 1. art. 31. lib 3. art. 76. Const. Elect. 7. p. 3. vers. Wo es sich zutrüge / ibi, weil dem Manne nach Sächs. Rechten die Fährnuß gebühret Col. p. 2. decis. 221. n. 3. & decis. 286. num. 3. Heig. p. 2. q. 15. num. 2. Wesenb. in w. D. unde vir & uxor. num. 3.* itaque hæc mobilia per uxoris testamentum adimi non posse sancitum est in *Const. Elect. 7. p. 3. ibi* Wie denn auch dem Weibe nicht nachgelassen wird daß jenige / was den überlebenden Ehemanne auß ihren Gütern zustehet durch ein Testament oder andern letzten Willen zuvermindern / & hæc portio ex beneficio legis, minimè verò ex hominis provisione debetur, quodcunque igitur ex lege datum est lucrum privatus auferre haut potest *Nov. 22 c. 33. in fin. videatur Berl p. 3. Conclus. 9. n. 3. & 4. qui plures rationes affert. Carpz. ad d. Const. 7. p. 3. d. 3. Andr. Gail. lib. 2. obs. 86. num. 17. Matth. Coler. p. 1. Decis. 54. num. 27.* nec vice versa maritus id, quod ipso defuncto ex bonis ejus Uxori superstiti debetur, puta tertiam vel quartam partem juxta *constit. 20. p. 3.* vel Geradam aut donationem propter nuptias, vel dotalitium per testamentum aut aliam ultimam voluntatem auferre valet *d. Const. 7. p. 3. vers. Daß der Man nicht befugt sey dem Weibe den dritten oder vierten Theil / oder anders so Ihr nach seinem absterben vermöge einer Willkühr oder wohlhergebrachten Gewonheit auß des Mannes Gütern gebühret gar oder zum Theil einwenden. quod si verò maritus vel uxor, juri pro se per statutum vel consuetudinem introducto, vel in pacto dotali, vel testamento reciproco sponte renunciatis voluntati conjugis testantis consentiat, tunc huic constitutioni locum non esse, asserit Zobel: qui in practica ita se observari vidisse affirmat ad *art. 24. Land R. lib. 1. in add. magn. n. 4. Moller. ad Const. 7. p. 3. num. 1.**

QVÆ-



An sumptus in liberorum nuptias  
erogati debeant conferri?

Cum sumptus in liberorum nuptias erogati sint bona profectitia, videtur dicendum quod sic arg. l. 17. C. de collat. bonor. & Dd. Comm. concludentes, quod bona profectitia regulariter in collationem veniant ac conferri debeant: Sciendum tamen exceptiones quasdam ab hac regula esse: Excipiuntur enim 1. regulariter impense studiosorum l. 29. l. 50. D. famil. ercif. 2. Expense nuptiarum, nam & ex i. tanquam consumptæ & non extantes non conferuntur Bald. autb. ex testamento num. 5. C. de collat. bonor. 2. præsumitur hoc casu in patre donatio Barth. in l. 6. qui s. is qui duas D. de mun. & honor. Land. lib. 1. art. 13. lit. 4. Hi enim sumptus ad honorem & æstimationem patris potius pertinent Finckelthaus obs. 66. num. 4. 3. ad onus & officium patris spectat, liberos honestè elocare & nuptui tradere, quod sine sumptibus & expensis expeditum dari nequit. Vital. de collat. q. 22. Wesenbec. in D. de Collat. dotis num. 2. Hinc sequitur, quod sorores in vita patris non elocare post mortem ejus non possint à coheredibus tantundem pro elocatione vel impensis nuptialibus petere gl. diot. ar. lit. C. Alex. Consil. 57. vol. 5. Schn. S. quedam. n. 46. Inst. de adt. König in process. c. 133. num. 6. Caler. decis. 62. n. 30. apud quem & plures exceptiones à supra dict. reg. videre licet. Finckelthaus Obs. 66. n. 6. Et hæc quæ de patre dicta sunt, locum quoque obtinent in matre, cum hoc in casu inter matrem & patrem probabilis diversitatis ratio dari nequeat Hart. Bist. p. 1. q. 19. num. 3. Benh. decis. 8. n. 4. in fin. Limitationem tamen prædicta admittunt nimirum nisi pater aliud de hisce expensis nuptialibus disponat, puta in testamento, ut ex communi patrimonio, & reliqui liberi hæc petere debeant. arg. l. 6. qui orig. 3. §. 17. D. de mun. & honor. Schmid. d. S. quedam. n. 46. vel alias, ut quotidie fieri



folet, hosce sumptus pater diligenter consignaverit, seu loco dotis æstimarit, tunc enim pater æqualitatem inter liberos servare voluisse præsumitur. *l. i. in pr. D. de collat. l. 17. C. eod. König. in process. c. 133. Tusch præct. Conclus. lit. A. Concl. 70. n. 4. & lit. S. concl. 69 n. 20. Finckelthaus obs. 66.*

QVÆSTIO XVII.

*Leuteratio an sit quatenus jure Saxonico utriq; partitam ei qui eam interposuit, quam qui non interposuit communis sit?*

Leuterationes Consuetudine seu usu potius quam jure Civili introductas esse rectissime docent Zobel. *p. 1. diff. 40. n. 1. & diff. 41. num. 1. Schneid. §. currie num. 35. Inst. de act. Col. decis. 138. p. 1. num. 3. Daniel Moller. ad Const. Elect. 19 p. 1. num. 2. Carpzov. l. F. R. S. p. 1. Const. 19. d. 1. & lib. 3. tit. 11. Respons. 102.* Qui autem hoc beneficio Leuterationis uti volunt, ea quæ à Clem. Elect. Saxon. in *Const. 19. p. 1. & Ordin. process. jur. tit. 35.* præscripta & sancita sunt, probè observare debent, secus si fiat, perditum est beneficium Leuterationis. Hinc Leuteratio sicut appellatio intra decendium necessario est interponenda *d. Ord. jud. t. 35. in pr. Zobel. p. 1. diff. 41. num. 4. König. in process. c. 104. num. 4. Daniel Moller. ad Const. 19. num. 1. num. 6. & 24. Carpzov. J. F. R. S. p. 1. Const. 19. def. 13. & currit hoc tempus decendii à momento ipsius horæ in quo sententia fuit publicata & finitur die decimo eodem horæ illius momento, ita ut si hora sequenti leuteratio interponatur, decendium nequaquam satisfactum videatur *Dan. Moll. ad d. Const. 19. num. 7. Rauchb. p. 1. q. 3. num. 13. Carpz. p. 1. Const. 19. d. 13. & sit. n. lib. 3. Respons. 102. num. 8.* idque adeò procedit ut nec à Judice nec à partibus quidem ipsis prorogari queat *Dn. Moll. Carpz. d. loc. Ordin. Cam. 2. p. tit. 29.* Limitantur tamen prædicta de decendio*



ecendio, si iusta causa quis in hoc impediretur *Zob. p. 1. diff. 40. num. 4.* puta si copia iudicis haberi non possit *Myns. lib. 2. obs. 68.* vel si lata sit sententia absente parte, vel ad audiendam illam non citata, vel si gravamen sit successivum, puta carceratio. Carceratus enim semper dicitur esse intra hos decem dies, *Dnn. Moll. dict. loc. num. 9. 10. 11. 12. Carpzov. d. Const. 19. d. 15.*

An autem & quatenus Leuteratio utriq; parti tam ei, qui eam interposuit, quam qui non interposuit communis sit quaestio est? & Dd. Comm. ex *Const. Elect. 19.* statuunt, quod sicut regulariter appellatio, ita etiam Leuteratio ab uno interposita, utriq; litigatori sit communis, & utraque pars etiam si altera non leuteraverit, nec intra decendum verbis expressis leuterationi interpositae adhaerit, in prosecutione gravamina sua deducere possit *d. Const. Elect. 19. in pr. vers. Welche auch nicht weniger als die appellation beyden Theilen gemein sein sol. Nov. Ord. tit. 35. §. do auch ein Brtheit.* Rationem addit *Rauchb. p. 1. q. 12. num. 6.* dicens, rem eandem duplici & quidem diverso jure censi non debere Dd. *Moll. lib. 4. Semest. Modest. Pist. p. 2. q. 22. num. 3.* Et quidem si verbis generalibus ab una parte a Sententia interponatur Leuteratio, ea in omnibus sententiae capitulis tam connexis quam separatis Leuteratio erit communis, etiam si Leuterans deinceps in certis saltem quibusdam capitulis leuterationem fuerit prosecutus, atque gravamina deduxerit *Nov. Ord. tit. 35. §. Do auch ein Brtheit.* Si quidem hoc juris obtinet in appellatione *Felin. in c. cum Johannes num. 18. x. de fide Instrum. Rauchb. p. 1. q. 12. num. 16. Carpz. 2. u. lib. 3. Respon. 103.* quod si vero Leuteratio quoad unum articulum interposita, in reliquis Leuterans sententiam ratam habere videtur *Zob. p. 1. diff. 40. num. 11.* qui allegat *Angel. in Auth. de iurejur. a moriente praestito sub n. 3. Collat. 5. §. l. etiam si p. tre 29. §. ex causa 1. D. de minor. Rauchb. p. 1. q. 12. num. 13. Matth. Coler. p. 1. decis. 138. n. ult. Nov. Ord. t. 35. §. Do auch vers. und darumb ob gleich die Leuterung.* Quod si autem Leuterans renunciaverit suae leuterationi, an per id praedicietur leuteratio, quo minus hoc beneficio uti queat? & licet renunciare possit,



fit, tamen nocere leuterato sua renunciatione post emissam  
citationem nequit *Nov. Ord. tit. 35. §. nach dem auch vers. wann  
aber die Leuterung.* Etenim favori suo quilibet quidem renun-  
ciare potest, sed non in præjudicium tertii *l. 1. 2. 3. D. de liber.  
caus. gloss in l. si quis in conscribenda 29. verb. antiqui C. de Pañt. quia  
jus quaesitum absque facto nostro auferri non potest. lid quod  
nostrum. D. d. R. I. Carpz. p. 1. Const. 19. def. 7. Rauchh. p. 1. q. 12. n. 3.*

QUÆSTIO XVIII.

*Virum solutione Creditori à fidejussore fa-  
cta cessio adhuc à creditore commodè fieri,  
possit, licet eam fidejussor ante solu-  
tionem petere negle-  
xerit?*

Fidejussoribus tria beneficia indulta esse, nemini in ju-  
reversanti ignotum est *Abb. in c. 2. x. de fidejuss. num. 5. & Dd.  
commun. 1. est beneficium ordinis seu excussionis, de quo in  
auth. presente C. de fidejuss. §. Nov. 4. c. 1. 2. Divisionis seu Epistol.  
Divi Hadrian. de quo in §. si plures 4. Inst. de fidejuss. 3. Ceden-  
darum actionum l. fidejussoribus. 17. l. cum is qui 36. D. de fidejuss.  
l. ii. C. eod. tit. Cujus beneficii non levis est utilitas, cum per ces-  
sionem indemnis conservetur fidejussor. Cum enim nul-  
lam habeat actionem contra debitorem & fidejussores, id-  
circo conventus & solvens poterit petere à creditore sibi cedi  
actiones contra principalem debitorem & confidejussores.  
Sed si quid hæc facere neglexerit, & cessione non impetrata  
solidum solverit, num à repetitione plane exclusus erit? Resp.  
¶ Cuius Paulus in d. l. cum is qui 36. D. de fidejussoribus, poterit  
quidem dici solutione facta nullas jam esse actiones, cum su-  
um creditor perceperit & perceptione omnes liberati sint.  
Sed non ita est, non enim in solutum accepit, sed quodam-  
modo*



modo nomen debitoris vendidit, & ideo habet actiones, quia tenetur ad id ipsum ut præstet actiones. Neutiquam igitur restringenda est cessione actionum, ut vel ante solutionem, vel in ipsa solutione vel postea in continenti eum peti, vel protestationem subijci necesse sit. Sufficit enim ex intervallo quoque cessionem fieri, adeo ut nulla permissa reservatione cessionis, fidejussor etiam post solutionem compellere possit creditorem ad cedendum sibi actiones per *d. l. 36. D. de fidejuss. vid. Carpz. part. 2. Const. 17. def. 16. Petr. Heig. part. 1. quest. 38.*

QUÆSTIO XIX.

*Virum tutor cum pupilla quondam suâ  
possit contrahere matrimo-  
nium?*

Non omnes sanè nobis uxores ducere licet: Nam à quarundam nuptiis & quidem prohibitis abstinendum est. §. ergo non omnes *1. Inst. de nupt.* Prohibitionis autem causæ sunt; Cognatio, affinitas, delictum, i. e. raptus vel adulterium, honestas & officium vid. *Pac. disp. 2. §. deinceps 7. & seqq.* Ratione officii Tutor non potest cum pupilla quondam suâ matrimonium contrahere *l. tutor. 15. D. de Spons. l. tutor. 36. l. Scto 69. D. de rit. nupt. tot. tit. C. de interd. matrim. inter tut. & pupill. ne scilicet pupillæ in re familiari circumscribantur, seu defraudentur. l. libertum 64. §. 1. ibi ne pupillæ in re familiari circumscribantur D. de ritu nupt. arg. l. non solum 67. §. 1. D. eod. tit. nisi rationes suæ administrationis reddiderit, tum enim cum pupilla matrimonium inire potest text. notab. in *l. quamquam 62. §. tutor 2. D. de rit. nupt. add. l. si patris 6. C. de interd. matr. int. pupill. & tut. quia potissima prohibitionis ratio cessat vid. Finckelb. observ. 9. Consent. Schneid. ad tit. Inst. de nupt. sub rubr. de nupt. illicit. n. 14. §. 8. ratione tutelæ. Pac. loc. sup. cit. §. 20. Panorm. in cap. fin. x. de secund. nupt. n. 2.**

QUÆ-



QUÆSTIO XX.  
An super matrimonii in gradibus prohibi-  
tis dispensari possit?

Dispensatio est provida juris communis relaxatio, utili-  
tate sive necessitate pensata *arg. c. requiritis ibi nisi rigor l. q. 7.*  
quandoque improprie pro juris declaratione sumitur. *vid.*  
*Specul. lib. 1. part. 1. rubr. de dispensat. §. 1. in pr. Didac. Covarruv. tom. 1.*  
*part. 2. de matrim. §. de dispensat. q. n. 1. & seqq. pag. 189. add. Carpz.*  
*p. 4. Const. 24 def. 14 in pr.* Utrum autem ejusmodi relaxatio ju-  
ris in gradibus prohibitis locum habere possit controverti-  
tur? Canonistæ quidam in ea sunt sententia, Papam ex cau-  
sa posse dispensare, etiam in gradibus divina lege prohibitis,  
quorum tamen detestanda est audacia, & tenenda regula:  
Prohibitiones juris Divini & naturalis esse perpetuas, nec va-  
lere humanas dispensationes contra mandata Dei *c. literas 13.*  
*x. de restit. spoliat. & text. notabil. in c. sunt quidam 25. q. 1. add. c. que*  
*contra mores 11. dist. 8. c. Imperatores c. qui nesciat. 8. & seqq. 1. dist. 9.*  
*Covarruv. loco supr. citat. n. 9. 10. & seqq. ibi quamobrem fugere*  
*omnino oportet dispensandi verbum jura divina & naturalia*  
*tractantem &c. & ibi Etenim L. Divina continet ea, quæ ab*  
*ipso Deo determinata sunt, non solum in communi ratione*  
*justitiæ sed etiam quoad singulares actus: qua ratione dispen-*  
*sationem ab alio quàm ab ipso Deo non recipit. In pro-*  
*hibitionibus autem humanis & quidem in gradibus, quos*  
*Ecclesia juri Divino addidit, ut divinæ prohibitiones majore*  
*reverentia observarentur, propter probabilem aliquam ra-*  
*tionem magna tamen causa urgente concessionem seu dispo-*  
*sitionem fieri posse d. c. literas x. de restit. spoliat. vid. Schneid. ad*  
*tit. Inst. de nupt. rubr. de arb. affin. n. 22. Joach. à Beust. de connub. p. 2.*  
*quest. 56. Dn. Carpz. loc. supr. citato n. 6 & lib. 5. tit. 10. R. 112. n. 4.*  
*& seqq. Schultz. de arb. Consang. & affin. memb. 2.*  
*cap. 8. n. 86. & seqq.*

SOLI DEO GLORIA.



ULB Halle 3  
002 684 632




Vd 17











B.I.G.

Farbkarte #13

ratia;

1649


21  
1  
23

DUÆ  
M,  
co, Feudali  
overlarum,  
obilissimi & Am-  
Academia

RI  
COSELII,  
fforis, nec non  
Dn. Præceptoris,  
endi,

Ofennig /

ctorum



cad. Typogr.